PROPOSITIONES DE DUCTÆ EX LIBRO PRIMO YMPERIALIUM INSTITUTIONUM.

VIRIGNI MARIÆ DEIPARÆ DICATÆ

INPRIMO SUÆ CONCEPTIONIS INSTANTI.

DE JUST. ET JURE.

I.

Yllustriſſima illa Virtus, Fidæi nostræ Legitima Proles; Spæi Robur, Charitatis pedisæqua; ac denique cæterarum Virtutum clarissimum Jubar; Justitia. Huius fulgentissimi Sideris munus eſt, suumcuique tribuere in conſtante, et perpetua Voluntate consistens.

II.

Jus à Justitià appellatum quatenus Ars ęqui, et boni; non verò ut æquum, et bonum eſt.

III.

Tria sunt Juris præcepta: Honeſtè nempè vivere, Alterum non lædere, suum cuique tribuere.

IV.

Jure noſtro Civili, nulli Hominum licet in suum Corpus sævire, sibi vulnera inferen do.

DE JURE N.G.C.

I.

Non scripta, sed nata Lex, quam non didicimus, non Legimus, nec accepimus, verúm ex natura ipsa arripuimus, ad quam non docti, sed facti non instituti, sed imbuti sumus, Jus naturale apellamus. Huic ergò immutabilitas tribuitur tamquam proprietas in quarto modo.

II.

Bruto, ut Bruto nec materialitèr adhùc competit, Jus naturale; relatè verò ad Hominem Gratis concedam.

III.

Divisionem Juris Gentium, in primævum, et secumdævum tamquam inutilem contemtnimus.

IV.

Lex eſt: Commune præceptum in bonum publicum ab habente potestatem conſtitutum.

V.

Ad Legis valorem non Acceptatio Subditorum æſtimatur. De Promulgatione cæterisque requisitis in Palestra.

VI.

Qui ab huius Legis observantia eximitur tamquam Privilegiatus, vti non potest suo Privilegio contra æque Privilegiatum si paria siut Privilegia.

☞ QUAS PUBLICO EXHIBEBAT CONFLICTUI D. DAMIANUS DE CUENCA, PRÆSIDE ☜ D. NEMESIO LOPEZ BUENO J. C. B. et Orcelitanæ Vniversitatis Academico. Locus Deputatus, ejusdem Vniversitatis Theatrum. Die 22. Mensis Novembris Anni M·D.CC.LXXIV.

CUM FACULTATE SANCTÆ INQUISITIONIS.

Oriolę: EX Offic. Vincen. Alagarda. *Dr. D. Jph Mirambell.* Recr. *Vt. Balaguer* Cenr. Reg.

R. 20.743

ORIHUELA

M.E.C.D. 2016

M.E.C.D. 2016